HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 62v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

fortissimũ contra hierusalẽ et iudã. aliquanto tempore regnũ ostendit
chaldeorũ. Et quia leonã siue pantherem et leonẽ se esse dixerat seruat
metaphorã. et dicit ego ego capiã. et uadã. tollã. et non est qui eruat.
Querit si capiente et tollente et tenente dõ. nullus de manib' eius potẽ
eripere iuxta illud qd' scriptũ est nemo potẽ rapere de manu patris mei.
quom iudas de manu dĩ pdatione sit raptus. Ad quod breuiter re
spondendũ nullũ posse rapere de manu dĩ. posse aũ eũ qui tenetur
ppria uoluntate de manu dĩ excidere. Qd' quidẽ sequit uadens re
uertar ad locũ meũ. locũ dĩ magnificentiã et maiestatẽ ei'. debemus
accipere ut nequa quã pdispensatione descendat ad homines. irascat
misericordiã obliuiscat fiat quasi pantherus uertat in leonẽ mutet in
bestias. sed et res spernat humanas. et pmittat eos quos antea prege
bat hostib' subiacere. ut tabescant et deficiant et intereant et p' ea
querant faciẽ dñi. et dicant. illumina faciẽ tuã. et salui erimus. et osten
de nobis dñe miãm tuã. et salutare tuũ da nobis. Heretici qq; et eccle
negligentes dĩ in pantherẽ uertit et leonẽ et tollæ abbis predã. quã
antea eccle rapuerunt. ut capti saluentur qui liberi pericrant. et neq;
habitabit in conciliabulis quersorũ. sed reuertit ad locũ suũ. de quo
~~quo~~ dicit ego in patre et pater in me. et eos spernæ atq; despicæ.
donec deficiant in impietate sua. et querant eũ ppitiã a quo
fuerant derelicti. Alii locũ dĩ celũ putant. quo offensus dĩ ab his
qui in terra habitant. reuertat et eos faciat disperire. qui clemen
tissimũ dñm magnitudine peccatorũ. in ferarũ sibi rabiẽ conuer
terunt In tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite reuer
tamur ad dñm. quia ipse cepit et saluabit nos. percussit et curabit nos.
Viuificabit nos post duos dies in die tertio suscitabit nos. uiuemus
in conspectu eius. sciamus sequamurq; ut cognoscamus dñm. Lxxx In
tribulatione sua mane euigilabunt ad me. dicentes eamus et reuer
tamur ad dñm dñm nrm quia ipse rapuit et sanabit nos percussit et
curabit nos. Sanos nos faciæ post duos dies. in tertio resurgemus. et
uiuemus coram eo. et sciemus. persequamur ut cognoscamus dñm. Idõ
dĩ tradidit ephraim et iudã captiuitati. et nullus est qui de manu eã
possit eripere et reuertit ad locũ suũ donec deficiant. et querant
faciẽ ei' ut quẽ propitiũ psentes; non senserant iratũ et absentẽ
requirant. Et in tribulatione sua orto eis lumine pentitentiæ mane
consurgant ad eũ iuxta illud qd' in isaia legimus in tribulatione
dñe recordatus sũ. Et in primo graduũ psalmo. ad dñm cum